

No. 30. 1315. 7. Jan.

Bruder Johannes Prior und der Convent des Predigerklosters zu Pirna versprechen auf Ersuchen des Plebans, des Burgermeisters und Raths zu Dresden, nachdem diese die Erwerbung eines Hauses zu einer Herberge ihnen nachgelassen, niemals einen Klosterconvent in dasselbe aufzunehmen, auch weder einen Altar noch eine Glocke in demselben anzubringen, geloben auch für das Wohlergehen ihrer Gönner und der gesammten Stadt die Abhaltung einer Messe von der h. Jungfrau in jeder Woche des Jahres.

Honorabilibus viris domino Adolfo plebano et Theoderico magistro civium, consulibus ceterisque civibus in Dresden frater Johannes prior totusque conventus fratrum ordinis praedicatorum in Pyna salutem in domino sempiternam. Cum iam dudum fratres nostri conventus, ne apud vos certum haberent hospitium, sint usque in praesens tempus nullis ipsorum culpis exigentibus inpediti, vobis timentibus ne forte conventum instaurare sub praetextu talis hospitii attemptarent, nunc autem sancto dei perventi spiritu ac pia devotione moti, quam ad nostrum habetis ordinem, curiam^{a)} Theoderici Bechrarii non pro conventu nos habere sed pro hospitio consensistis, petentes ne in civitate vestra conventum vel claustrum instauremus in posterum vobis fieri cautionem litteralem. Hinc est quod ego frater Johannes prior ac omnes fratres nostri conventus in his scriptis nos pariter et unanimiter obligamus, quod dicto contenti hospitio, dummodo ipso per vos spoliati non fuerimus, in civitate vestra nullum conventum simus de cetero recepturi nec in dicto hospicio altare vel campanam ad convocandum populum habituri. Volentes igitur caritati vestrae respondere, vobis domino Adolfo plebano et Theoderico magistro civium ceterisque consulibus pro bono statu vestro ac totius civitatis unam missam de beata virgine septimanis singulis per annum integrum assignamus. In praedictae igitur obligationis testimonium sigillum nostri conventus praesentibus duximus apponendum. Datum Pynis anno domini M^o. CCC^o. XV^o. in crastino Epiphaniae domini.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem Siegel des Predigerklosters zu Pirna an einem Pergamentstreifen.

a) In der grossen Brüdergasse; die ältesten Geschossregister aus dem Ende des XIV. Jahrhunderts führen dort eine domus praedicatorum auf. Am 10. April 1523 vertauschte das Kloster sein Haus „bey den parfussen gegenuber gelegen“ mit Greger Walther gegen dessen Behausung „in der gassen hinter der apotecken zwischen Thomas Kuntzen vnd dem eckhauße“; am 5. August 1539 verkaufte das Kloster dieses Haus „die Terminarey genannt“ um 300 rhein. Gulden an den Rath. (Urkk. im Rathsarchiv.)

No. 31. 1315. 18. Oct.

Friedrich Küchenmeister und Johannes dessen Sohn vergleichen sich mit den Bürgern in Betreff der geforderten Uebernahme bürgerlicher Oblasten auf zwei Höfe und einen Garten in der Stadt und Vorstadt.

Nos Fridericus magister coquinae quondam illustris principis domini Henrici Misnensis et Orientalis marchionis, Johannes filius noster una cum reliquis heredibus nostris praesentibus publice profiteamur. Quamvis ex parte civium in Dresden de curiis